





Substantiam, sine qua conditione esset proxime impotens ad agendum, sic loquitur Averroes, 8. cit. sed. 9. & Fab. noster theor. 87. cap. 2. in fine ubi ait, quod substantia concurret, non quidem tanquam ratio agendi, sed tanquam conditio agentis per se necessaria, nisi enim natura subsistat, agere non potest, unde potest esse ratio, propter quam natura sit in potentia proxima ad agendum, & ideo per se concurret, non autem mere per accidens, & concomitantem, ita ille, & sic etiam defendit Card. de Lugo disp. cit. sed. 7. m. 100. Alii vero dicunt esse conditionem necessariam tantum secundum quid, & secundum commune naturae cursum, quia juxta naturalem ordinem substantia in natura per se praesupponitur, & praerogatur ad operationes exercendas, tamen de potentia Dei absoluta fieri posse, ut operationes procedant a natura non supponendo substantiam, ita significavit Cajet. 3. p. q. 2. art. 11. & haec etiam est opinio Suarez sed. 7. cit. etiam citari solet pro priori modo dicendi, quamvis enim num. 10. dicit substantiam non merè concomitantem se habere ad actionem, sed esse conditionem per se necessariam requisitam ex parte agentis, addit tamen num. 15. quod si per possibile, vel impossibile conferret naturam abique ulla substantia propria, vel aliena, posset hac naturam illam operari, deberiq; illi concurrere generaliter ad suas operationes, quia ipsa natura in se habet totam virtutem requisitam ex parte principii ad operandum; & sic etiam docet P. Bellutus Collega meus loc. cit. ex Doctore pluribus in locis: nec repugnat Lugo, ut patet ex his, quae habet loc. cit. n. 103.

131 Dicendum primò, substantiam creatam non habere principium, & immediatum influxum nec totalem, nec partialem in actiones suppositi. Haec conclusio ponitur ad excludendam primam extremam sententiam, & est Scoti ubique docet substantiam creatam consistere in negativo, hoc enim ipse statetur non posse substantiam nec totalem, nec partialem in actiones positivae naturae influere, & extra scholam D. Thomae est communiter recepta, & probatur primò ratione physica etiam admissa opinione de positivo, nam apud Philosophos in actione reali principium formale agendi est natura, illud enim est principium formale agendi quod est ratio, cuius agens assimilatur sibi passum, quia magis latenter intendit in actione agens formaliter quidem, si est agens univocum, aut saltem virtualiter, si est agens equivocum, sed agens non intendit sibi assimilare passum in singularitate aut suppositalitate, sed tantum in natura, in hac enim conveniunt, & in illa differunt; ergo principium formale, & ratio adaequata agendi in quacumque actione est natura dumtaxat, quia ratione Philosophi nedum à principio formali agendi suppositalitem excludunt, sed etiam singularitatem, quam dicunt esse conditionem tantum sine qua non agens, vel agendi; ergo singularitas hac de causa excludi debet à principio formali actionis tanto magis excludi debet suppositalitem, tum quia haec est magis extrinseca naturae, quam illa, siquidem singularitas est realiter identificata naturae, & ab ea prorsus inseparabilis, non vero suppositalitas, tum quia singularitas est magis necessaria ad agendum, quam substantia, siquidem animae separatae, & accidentibus separatis in Eucharistia convenit actio, quibus non convenit suppositalitas; & tandem omnimò implicat aliquid agere, nisi fiat singulariter, quia actiones sunt singularium, & circa singularia ex i. Met. c. 2. potest tamen aliquid agere, etiam si sit suppositum, ut constat in exemplis allatis.

Confirm. quia agens per actionem dum intendit assimilare sibi passum intendit etiam se illi communicare quantum potest; ergo illud tantum potest principium talis actionis, quod potest esse principium talis communicationis; ergo natura solum potest esse tale principium, non vero singularitas, aut suppositalitas probatur haec ultima conclusio, si quidem caetera patent, nam sola natura dat esse communicabile, alia vero dant esse incommunicabile, singularitas quidem dat incommunicabilitatem, ut quod suppositalitas verò ut quod, & ut quod. Consequenter, quia actiones proportionantur suis principii, & in effectu semper aliqua formalitas reperitur, in qua assimilatur suae causae, praeterquam quando fuerit univocus; sed actiones proportionantur formae suae naturae, non vero suppositalitati, vel singularitati; ergo haec non sunt principia illarum productiva, nec sunt rationes agendi; praeterea major, quia si inter agens, & actionem, & eius effectus talis proportio necessaria non esset, tunc quodlibet dicitur potest produci à quolibet, nec determinati effectus haberent determinatas causas, probatur minor inductione, nam calor, & calefactio manant à calore, frigus, & frigiditas à frigore, vivere ab anima, neque in effectu productio potest alia formalitas assignari, in qua suae causae assimilatur, nisi natura, & essentia, nam per alias formalitates nempe singularitatem, & suppositalitem diversificatur potius, & discernitur ab ea. Conf. tandem, quia natura proprie est, quae habet facultates, & virtutes agendi, ideoque ipsa sola suis praedita facultatibus est sufficientis principium, ut quo, & ut quod, unde diminet actio; ergo frustra additur substantia, ut principium partialis actionis.

132 Secundo probatur ex natura ipsius substantiae, nam haec in creatis non est quid intrinsece constituens naturam, sed est modus quidam naturae, ideoque naturam suppositi in suo genere esse constitutam, non solum in quantum est principium formale essentiale, sed etiam in quantum est principium effectivum operandi vel per se ipsam immediatè, vel per facultates, quae ad ipsam consequuntur

qua de causa Jo. de S. Th. cit. fatetur ingenè non influere ut principium in operatione suppositi, sed tantum ut terminans, seu modificans ipsum principium, reddendq; illud operativum, ut quod si quod quidem praestare potest, etiam ponitur concurrere, ut quod si conditio necessaria ad agendum, non autem ut principium partiale. Confir. quia existentia est modus intimior essentiae, quam sit substantia, & tamen communiter non ponitur ratio, seu principium agendi, sed tantum coaitio agens, ergo tanto minus erit de substantia alienandam, quae est modus magis extrinsece aliorum, ac ultimò adveniens. Rursum unio quocq; est modus substantiae compositae intimior, quam substantia, & tamen non ponitur principium agendi, sed tantum conditio necessaria praesupposita; ergo tanto minus substantia; Demum nullus univocaliter modus adveniens naturae five intrinsecus, five extrinsecus conferit illi novam vim activam ordine ad operationes sibi conatiales, quae dicunt tantum modificare naturam, ac eius activitatem, quae cumque sibi adventum potestatem integram constitutionem; ergo pariter ascendendum de substantia, immò tanto magis de ipsa, quia est ultimus omnimò modus spectans ad complementum naturae, ut terminus eius.

133 Tertio probatur ex natura ipsius actionis realis, haec enim ut exerceatur à natura, non existit in ipsa ratione substantiae; ergo signum est naturam de se esse sufficientem principium cuiuscumque operationis naturae substantiam, consequentia patet, quia si substantia esset necessaria absolute ad principium operationis cum natura, nunquam natura posset se sola ullam attingere operationem; probatur assumptum exemplo de anima separata, quae agit abique suppositalitate, ac etiam in accidentibus, nam ut docet Doctor i. d. 4. qu. 2. color hic singularis exilens, ut possit agere, non determinat sibi rationem suppositi, quia ratio suppositi proprie non reperitur in accidentibus, & licet sit in supposito substantiae, tamen in quantum intelligitur abique ulla substantia in supposito, ut hic color exilens potest esse principium operationis realis, sicut si eadem albedo esset in tribus suppositis, vel superficiebus haberet actum realem, scilicet nam rationem disgregandam; & hoc idem magis patet in accidentibus Eucharistiae.

Respondet Blasius à Concep. loc. cit. num. 92. non requiritur Thomistis absolute, & de necessitate omnimò suppositum ad quantumque actionem, taliter quod non possit dari actio sine supposito, sed solum volunt actiones, quae sunt à natura suppositata, nedum à natura procedere, sed etiam à suppositalitate, tanquam à principio effectivo cum natura illarum actionum; ad illud de anima separata concedit eam habere actiones à supposito non dependentes, ac prout dicit ab ea procedere, ut à principio incompleto, & inadaequato, ac propterea non esse operationes ita perfectas, sicut sunt illae, quae elicit in corpore; ad illud tandem de accidentibus eucharisticis ait agere in virtute suppositi panis, in quo antea praerexistit, ut, & cuius sunt virtutes, & sic licet suppositum panis non sit amplius in se, agit tamen in virtute ipsa exilens. Haec solutio multa falli continet, nec satis fidei constat, nam in primò concedit posse dari aliquam actionem sine supposito, & postea hoc negat contendens etiam accidentia separata agere in virtute suppositi panis, quod non existit, nec reperitur in rerum natura, quod plane repugnat, ut ostendit disp. 7. Phys. q. 4. art. 1. existentia siquidem est omnino necessaria in causa efficienter exibi dictis. Item vult in homine ad omnes actiones animalitatis concurrere cum anima etiam suppositalitem, & postea concedit has à sola anima procedere in statu separationis, tanquam à principio inadaequato; sic arguuntur, vel suppositalitem in homine est principium essentialiter necessarium cum anima concurrentis ad operationes animalitatis, vel tantum secundum quid, si primum, ergo anima se sola nunquam illas poterit elicere operationes, non enim una causa partialis potest se sola attingere effectum, ad cuius productionem necessarium exigit concurrere alterius partialis causa, ut patet de Patre, & Matre in generatione prolis; si verò suppositalitem est tantum necessaria secundum quid, ergo illas operationes praestant in statu separationis ab anima procedente, ut à principio totali & adaequato. Demum si concedit, posse absolute dari actionem realem sine ratione suppositi jam eo ipso fatetur illud axioma, actiones reales suppositorum, non esse univocaliter verum, nisi per suppositum intelligatur singulariter, ut communiter exponi solet, quandoquidem dari possunt actiones reales quae non sunt suppositorum.

134 Quarto quia gratis concedit hic Autor nu. 8a. sensum ipsius axiomatis non esse, quod nulla possit omnimò dari actiones, quae à supposito non procedant, ut à principio, quod, sed in hoc sensu intelligendum esse, quod actiones, quae sunt in natura suppositata, nedum à natura procedunt, sed etiam à substantia, ut à principio partiali; ad hanc, inquam, responsionem refutandum ostendo ex eo, quod ipse docet cum ceteris Theologis etiam actiones, quae sunt in natura suppositata, à sola natura procedere, tanquam à principio totali, & adaequato; nam in Deo tota ratio agendi ad extra est natura; seu divina voluntas, & personalitatis divinae nullam habent influxum in actiones ad extra, quae de causa est commune axioma apud Theologos, quod actiones ad extra in Trinitate sunt indivisae, sicut est indivisa natura; ergo etiam in natura suppositata, vel suppositabili natura est principium totale, & adaequatum operationum eius praecilla suppositalitate. Dices, substantias personales saltem esse principium productionum ad intra, nam paternitas constituitur

Patrem in ratione principii potentis generare filium; ergo etiam substantia creata potest complere principium formale operandi. Contra, quia divina natura etiam ad intra est principium intermedium, & completum operationum, quae vocantur essentialia, praecisè relationibus, unde dicitur in materia de Trinit. & concedit hic Autor loc. citat. antequam concipiatur divina natura per suas relationes terminata, concipitur elicere operationes essentialiales. Deinde etiam in actionibus nonionalibus, seu productionibus ad intra, ut sunt generatio, & spiratio, vult Doctor i. d. 7. q. un. cui subscribitur quamplures Theologi, intellectum, & voluntatem divinae essentiae illas succedente potentias esse principia integra, & adaequata generandi, & spirandi; relationem verò personarum producentis esse necessariam dumtaxat conditionem, & hoc satis esse, ut persona dicatur generare, vel spirare, non autem divina natura, tanquam principium quod. Ea tandem, si cum aliis Theologis concederetur divinas substantias spectare ad principia adaequata generandi, & spirandi, adhuc neganda est paritas, si deducatur ad substantias creatas, quae in divinis substantiis solent personis distinguuntur, & consequenter constitunt principium producentis, & productum, quae ut talia debent distinguuntur, in creatis autem, ubi natura seipsa, vel propriis singularitatis virtutibus secerantur, opus non est naturam constituit in ratione producentis per substantiam.

135 Quintò, simile argumentum ad hoc idem probandum sumi solet ex mysterio Incarnationis, nam Verbum in natura humana assumpta supplevit vice substantiae creatae, & tamen non habebat specialem influxum in operationes illius effectivum, quia nulla persona divina aliquid operatur ad extra, quod etiam illae personae non operentur, siquidem operationes ad extra sunt communes omnibus; signum ergo est substantiam creatam non habere peculiarem influxum effectivum in operationes naturae, qui debeat à Verbo suppleri. Respondent Thomistae imò esse necessarium hunc peculiarem influxum personalitatis Verbi in actiones humanitatis assumptae, ut actiones illae possint dici divinae, seu Dei operationes, ac etiam ut substantia Verbi dicatur in omnibus suppleri vice substantiae creatae, nam si id non suppleret, in re principiorum diceretur. Contra, nam haec evasio praeccludit ex ipso argumento, quia actiones Trinitatis ad extra sunt indivisae, nec potest aliquid efficere una persona, quod non efficiatur ab alia; ergo substantia Verbi non supplet creatam substantiam quoad aliquam activitatem, sed solum quoad terminationem naturae assumptae, alioquin aliqua activitas conveniret Verbo ad extra per propriam relationem, quae communis non esset aliis personis, & ad veritatem illarum propositionum, quod actiones humanae Christi sunt divinae, & Dei operationes, sufficit illa terminatio, nam oblatio terminationem illas operationes tribuebantur supposito divino, & supposito divinum verè dicebantur illas operationes habere, quia naturam habebat, à qua procedebant. Dices, activitatem propriam substantiae humanitatis Christi non quidem immediatè suppleri à Verbo per propriam relationem, sed per divinam voluntatem, si enim locum videtur Blasius à Concep. dicit Deum per personam Verbi suppleri in Christo nunquam personalitatis creatae. Contra, quia tunc conceditur, quod intendimus, personalitatem Verbi non habere influxum adivum in actiones humanitatis Christi; tum quia tunc humanitas Christi non fuisset proprium, & integrum principium humanarum actionum, sed fuisset dividuum cum humanitate, quod est voluntarie dictum, & absque fundamentum.

136 Dicendum 2. neque substantiam se habere merè per accidens, & concomitantem ad operationes suppositi, sed aliquo modo antecedenter, non quidem prioritate causalitatis, sed simpliciter praesuppositionis naturalis. Haec conclusio statuitur contra aliam sententiam extremam, & probatur, quia si substantia merè per accidens, & concomitantem se haberet ad operationes suppositi, ut asserit illa sententia, tunc illa praedicatio, Petrus operatur, esset ejusdem rationis cum illa, missus adificat, quod evidenter constat esse falsum, quia haec secunda propositio est de subiecto merè per accidens, non autem prima. Consequentia patet, nam haec praedicatio, missus adificat, ideo est de subiecto merè per accidens, quia musica per accidens omnimò, & concomitantem se habet ad adificationem; si ergo eodem modo se habet ratio suppositi ad operationem, ut sic, haec praedicatio, Petrus operatur, esset ejusdem rationis cum illa. Confirmat, quia si suppositalitem non magis requiritur ad operandum, quam musica ad adificationem, vis majorum non habet cum operatione connexionem, quae musica cum adificatione, nulla potest asseri ratio, cur tribuantur potius operationes supposito, quam adificatio musicae.

Respondet Arias, discrimen inter illas propositiones in hoc consistere, quod musica neque requiritur ad adificationem neque necessario est connexa cum adificatore, quia est accidens illius quinto modo, unde licet sit vera ea propositio, missus adificat, dicitur tamen per accidens, ad substantiam, quia per se connexa est cum natura operante, licet ad operationem non requiratur, sicut nec requiritur musica, dicitur tamen per se concurrere non per se, sed ex parte operationis, sed per se est connexio eius naturae operante. Contra, quia aliqua tunc substantia quae necessario sit connexa cum natura operante, ut potè à quibus saltem à posteriori pèdet in sua conservatio, ut sibi ubi actio, duratio apud illos, qui est realiter distinguat à re duratè, & alia quaedam huiusmodi, quibus tamen non tribui-

tur operatio cum tanta proprietate, quanta tribuitur substantiae, non enim ita proprie dicitur ubi actio operari, aut durans, sicut suppositum, quod esse asserit Arias, hoc tamen est voluntarie dictum, quia actiones esse suppositorum est commune axioma, & famigeratum dictum, non vero quod actiones sint ubi actio, aut durantur, ergo quaedam peculiariter habent operationes supposito dependentiam, quam non habent ab Ubi vel duratioe, & ratio est, quia substantia in natura operante aliquid modo se habet antecedenter ad operationes, ubi actio autem, & duratio mere concomitantem.

137 Hoc autem ostenditur probando secundam conclusionis partem, quod scilicet substantia se habet, ut aliquid naturaliter praeivum ad omnem operationem, omniaque accidentia naturae etiam conaturaliter convenientia, quia ut habet Doctor in 3. d. 2. q. 2. art. 2. & quod 19. P. illud negativum, vel positivum, quod substantia importat, sicut sequitur naturam singularem, etiam si tunc nullam exerceat operationem, esseque abique omnibus accidentibus sibi naturaliter convenientibus; prius enim convenit naturae omne id, quod pertinet ad rationem essendi substantialem, quam alium omnem extrinsecum; cum ergo substantia pertinet ad modum essendi substantialem naturae, quia est modus existendi per se, & pertinens ad actum primum, operatio autem fit quid adventivum pertinet ad actum secundum, plane sequitur, substantiam praecedere operationem in supposito, & non merè concomitantem ad eam se habere. Et quidem, ut notat Doctor loc. cit. hoc verum est nedum de natura in proprio supposito, sed etiam in alieno, adeo ut substantia etiam aliena prius, & immediatius se habeat ad naturam, quam operationes, & alia accidentia, quia, ut inquit Doctor, in eodem instanti naturae, in quo persona retinet in se, si sibi dimiteretur, in eodem personam à persona allumentem, unde si substantia propria est prior natura quacumque operatione, idem etiam verum erit de substantia aliena, quae in eadem natura succedit loco illius in eodem prorsus instanti, quo illa pullularet. Et hinc verificatur, quod communiter inquit Theologi animam Christi nullum actum meritorum exercere potuisse, priusquam uniret Verbo, quo talem unionem meruerit, quia in humanitate Christi prius ordine naturae praesupponitur unio hypostatica ad Verbum, quam intelligatur quacumque operatio.

Tandem, quod haec prioritas, & antecessio substantiae ad operationes in supposito non sit prioritas actualitatis, sed simpliciter praesuppositionis naturalis, quae erat ultima pars conclusionis, sequitur ex dictis conclusionibus praecedentibus, cum enim ibi tractatum sit non pertinere ad principium adivum, nec ullam adivitatem habere in ordine ad operationes, hic consequenter dicendum est, talem prioritatem non esse causalitatis, quae explicatur per hoc, quod unum sit ab alio, sed simpliciter naturalis praesuppositionis, quae explicatur per hoc, quod unum in uno priori signò intelligitur, in quo non intelligitur aliquid, quoad pacto in anima intellectus dicitur prius voluntate, non quia haec potentia diminet ab illa, sed quia in anima una praesentia intelligitur aliquid, quod illa pullularet. Et hinc verificatur, quod communiter inquit Theologi animam Christi nullum actum meritorum exercere potuisse, priusquam uniret Verbo, quo talem unionem meruerit, quia in humanitate Christi prius ordine naturae praesupponitur unio hypostatica ad Verbum, quam intelligatur quacumque operatio.

138 Dico tandem, substantiam in natura suppositata, vel suppositabili se habere, ut conditionem, sine qua natura non ageret; dico in natura suppositata, vel suppositabili, sine in aliis naturis, quae non sunt aptae suppositari, talis conditio necessaria non est, ut patet in accidentibus separatis. Haec conclusio sequitur ex duabus praecedentibus, si enim substantia non se habet ex una parte merè per accidens, & concomitantem ad operationes suppositi, ut dictum est conclusione secunda; & ex alia parte non pertinet ad rationem agendi nec adaequate, nec inadaequate, ut dictum est in primo asserto, remanet, ut sit necessaria ad operandum per modum conditionis sine qua non, atque ideo indiget potius declaratione, quam probatione, ne contradicere videatur P. Belluto Collegae meo, qui disp. cit. q. 1. n. 26. negat esse conditionem, sine qua natura non ageret, nam si per conditionem sine qua non intelligatur illa, quae universaliter intervenit in omni prorsus actione, & operatione, ac etiam in universis agentibus, qualis est existentia, sicutique non est conditio sine qua non ad agendum per se necessario requiritur, quia non in omni natura reperitur talis necessitas, sed tantum in natura suppositata, vel suppositabili, & in hoc sensu necessitatem huius conditionis ad agendum negat P. Collega meus loc. cit. cum id probet exemplo accidentis separati alioquin in natura suppositabili immediatè infra n. 27. fatetur necessario concurrere substantiam ad operationem, ut aliquid naturaliter praeivum. An verò in tali natura sit conditio simpliciter necessaria ad operandum, ac indispensabiliter, sicut est existentia, etiam de potentia Dei absoluta; an verò regulariter tantum, & secundum commune naturae cursum, ut dici solet de approximatione agentis ad passum, pendet ex alio puncto, non scilicet natura substantialis possit per potentiam Dei absolutam sine substantia omni tam propria, quam aliena conservari; si enim affirmative responderetur, tunc dicendum est substantiam non esse conditionem per se, & simpliciter ad agendum necessariam, quia si natura substantialis esset sine omni substantia, adhuc illa natura haberet integram virtutem suam activam, secundum quam supposito illo primo miraculo postea deinceps conaturaliter exire in actum secundum operandum, si enim hoc non negatur accidenti separati ad propria inhaerentia, tantò magis id poterit, ac debet concedi substantiae.



stantia singulari separata à propria Subsistentia, quæ est perfectio entitatis, & divinitatis.

129. Necne hinc sequitur, ut urget Ovid. loc. cit. §. 17. quod si effectus absolute sine tali conditione haberi potest, non erit proprie conditio, alioquin etiam dici posset esse conditionem ad intelligendum habere pileum, & ad edificandum esse musicum; non; inquam, sequitur, quia habere pileum respectu intellectus, aut esse musicum respectu adificationis, & alia hujusmodi accidentia, satis constat nullam per se connexionem habere cum illis effectibus, nec etiam secundum communem naturam cursum, & idem nequeunt ullo pacto appellari conditiones requisitæ ad illos effectus ponendos, quia etiam naturaliter tam bene ponuntur sine illis conditionibus, ac cum illis; Subsistentia vero ex natura rei connectitur Subsistentia, & præcedit quæcumque operationem ejus, & idem bene meretur nomen conditionis necessariorum requisitæ ad operandum saltem secundum communem naturam cursum. Si vero tenetur nec etiam per potentiam Dei absolutam posse Subsistentiam singulariter conservari, & ulterius sine omni Subsistentia illam esse conditionem simpliciter, & absolute necessariam, & per quæcumque potentiam dispensabilem, & quia hoc potest probabilis est; immo necessariorum asserendum in opinione de negativo, ut dixi supra num. 84. idem probabilis quoque erit asserere Subsistentiam in natura Subsistentia, & suppositibile esse conditionem per se simpliciter necessariam ad operandum.

Et quod didum est de Subsistentia in ordine ad agendum, proportionaliter etiam dici debet de ipsa in ordine ad patiendum accidentia recipere, quod nimirum prius subjectum supponitur in se Subsistentem, quam accidentia recipiat, non tamen est ratio, vel principium passivum ad æquatum, sive inadæquatum ad ea recipienda, aliter Verbum in Christo omnia reciperet accidentia, licet suppositum denominetur pati, sicut & agere, ob eandem rationem superius assignatam numer. 129. & hinc est, quod Petrus denominatur albus, calidus &c. non autem hæc humanitas, & hæc eadem ratione suppositum quoque dicitur generari, & conceptum per ultimam denominationem, licet id, quod verè generationem terminat, & corruptionem, sit hæc natura singularis; non verò duplex negatio, quæ ad ipsam consequitur, & in qua consistit personalitas, ut notat Doctor 3. dist. 22. quæst. un. G.

Sarisfit Objectionibus.

140. In oppositum contra 1. conclus. Primò solent obicere Thomistæ tritum axioma, quod ajunt ex Aristot. de sumi 2. Metaph. cap. 1. *Actiones sunt suppositorum*, ex quo deducunt suppositum ex natura, & Subsistentia constitutum esse integrum, & adæquatum principium adivum operationum. Verum, quia Doctor cit. 4. dist. 12. qu. 3. ad 2. principale optimè advertit illam propositionem ex Philoſopho non haberi sub illis terminis, nam tantum habet quod *actio*, & *generatio sunt in rebus singularibus*, unde nec hoc nititur de principio elicitive actionis, sed tantum de termino ad quem illius. Ideo illud corroborant auctoritate Damasceni lib. 3. de Fide cap. 15. in principio, ubi aperte dixit, agens quod operatur esse personam; ac tandem ex Concil. Florentin. sess. 18. & 19. ubi Joann. Theologus ad declarandum, quod Pater generat, & non essentia, subdit rationem, quia essentia non significat suppositum. *Actiones autem sunt suppositorum, sicut in humanis universis dicitur Philosophia*, inquit ille sess. 19. paulo ante medium.

Respond. si in eo axioma suppositum sumeretur pro singulari, ut loquitur Aristot. plene argumentum nihil probat ad suppositum de Subsistentia, nam etiam concedatur actio esse singularium elicitive, non tamen hinc sequitur, quod etiam eodem modo sint suppositorum, sed sufficit, quod sint eorum denominative, ut postea explicabimus cum Doctore. Sed accipiendum etiam suppositum in proprio significato, adhuc ex eo vulgari loquendi modo non probant Thomistæ sufficienter intentum, quod scilicet Subsistentia debeat se tenere formaliter ex parte principii adivi; nam etiam passiones sunt suppositorum, & suppositis tribuuntur sicut actioes, sicut enim non dicitur humanitas generare, sed hic homo, ita nec humanitas dicitur generari, sed hic homo, scilicet Petrus, & tamen non ita dicitur Subsistentia se tenere ex parte principii passivi formaliter, sicut se tenet ex parte principii adivi, & præsertim sententia plurimum Thomistarum asserentium Subsistentiam immediate à sumet natura resultare, non autem à generante produci immediate, sed quod immediate producitur esse naturam dumtaxat singularem; sic etiam actioes inorganice ipsius animæ, ut intelligere, & velle certum est à sola anima dumtaxat proficisci, ut à principio adivo adæquato, & tamen toti composito tribuuntur, & totius hominis esse dicuntur, non ergo ex tali modo loquendi redè deducitur, actioes esse totius suppositi elicitive, sicut neque in exemplo allato redè deducetur intelligere, & velle esse totius compositi elicitive; inquit itaque Doctorem loc. cit. 4. dist. 12. quæst. 3. quam in 1. dist. 12. quæst. 1. ad 2. quod ad hoc suppositi, ut ultimatè denominati ab actione non verò forme, cuius rei in 1. dist. 12. quæst. 1. reddit rationem physicam superius allegatam num. 129. quia omnis forma existens in alio, in forma, sicut dat esse illi, ita dat illi alioquo modo denominari à sua actione, & licet forma in supposito denominetur ab actione sua, non tamen ultima denominatione, sed ulterius denominatur

suppositum ab eadem actione; quia ergo natura consideratur in supposito ad modum partis, est sic principium adæquatum operationum, non tamen dicitur operari, ut quod, sed ut quod, quia ipso quod est pars, est ulterius ordinabilis, & est illud, quod aliud operatur, quod si forma addiva sit separata à supposito, vel composito; ut est de anima separata, vel de accidentibus separatis per miraculum utique in tali statu ultima denominatione denominari potest, quia tunc per se existit, nec est alteri ratio agendi, unde concludit, quod actio non denominat ultimam denominationem, nisi suppositum, vel habens modum suppositi, quod addit propter animam, & accidentia separata.

141. Hanc eandem notabilem doctrinam adhuc magis logicè explicat Doctor 4. d. 12. q. 3. cit. dicens, quod ab eodem abstracto, & maxime dicente respectum possunt accipi plura denominationa de nominantia pura, ad quæ cadit illa forma, & secundum ordinem, sicut ab hoc abstracto potentialitas accipit hoc concretum proximum, quod est potentia, & dicitur de igne habente calorem, eodem modo potest accipi ab actione unum concretum, quod denominaret principium formale agendi, & illud de calore diceretur, ut puta calor caliditas, idem est quod habens agi, & sic calor est potentia calefactiva; nec tamen est potentialitas, nec potens, sed non accipitur ab actione communiter, nisi denominativum denominans ultimum denominabile, ad quod terminatur tota dependentia illius forme; & concedo (inquit Doctor) quod quantumcumque forme denominatur ab actione, cum ista forma accidentia sit esse in supposito, potest posteriori denominatione suppositum denominari ab actione. Sed dices, saltem hæc denominatione usitata, quia aliquid dicitur agere forma non denominatur ab actione, signum evidens enim ipsam se sola esse principium agendi adæquatum, sed hoc ex ipsa constituitur simul cum Subsistentia. Respondet Doctor, forma habens rationem forme, idem forma informans non sic denominatur, quia tunc est alteri ratio, quia ipsum denominationem hæc denominatione, at quando non informat, sed per se existit, tunc potest esse denominari, & est ipsa non dependet ulterius ad aliquid denominatum, denominatio eius erit ultima, ubi rursus concludit, quod actioes sunt suppositorum, vel habentium modum suppositi, & per hæc modum suppositi nihil, inquit, potest intelligi ulloque essentiam forme, sed tantum negationem informantem aliquid, quod per istam formam agat.

Et hæc illius axiomatis explicatio sufficit ad probandum, quod volebat Joann. Theologus in Conc. Florent. nam loc. cit. probare intendebat hæc propositionem esse veram *Pater generat*, hæc verò fallum, *essentia generat*, & rationem adducebat, quia essentia non est suppositum, actioes autem sunt suppositorum, quæ ratio optimè concludit intentum, quia divina essentia in divinis non est suppositum, quia est communicabilis, nec habet modum suppositi, quia non per se existit solitaria, sed existit in tribus suppositis, & idem juxta explicationem allatam esse essentia paternum intellectum secundum esse principium quo totale, & adæquatum generationis illi, nunquam tamen essentia dici potest principium, quod, quia est ratio agendi, & producens alteri, & sic tempore verum esse dicere, quod Pater dumtaxat generat in divinis, non autem divina essentia. Imò hæc rationem Doctor ipse adducit in terminis, & declarat 1. d. 3. q. 1. *Quæstio autem ad 1. art. adducit*, inquit, alia ratio, quia in creaturis forma non generat, nec generatur, sed compositum, Deitas autem se habet quæsi forma in persona, ergo ipsa non generat, nec generatur; subdit Doctor, quod ista ratio minor hæc evidentiæ in divinis, quam in creaturis, quia in creaturis forma non est aliquid per se existens, ut possit esse operans in divinis autem essentia non contingendo proprietates personales est de se in actu. Postea tamen confirmat eam rationem sic, & declarat, quia operatio, quæ est necessario distincti operantis, non potest esse ejus, quod in divinis se habet, ut forma, quia ipsa est per se indistincta, ut tribus, talis autem operatio est personalis, quæ est generare, ideoque debet esse aliquid realiter distincti a generato, cumque hoc nequeat esse natura, erit aliquid divinum suppositum, quod declarat a Scoti ratio, quam adhibuit Episcopus ille in Concil. Florent. ad probandum, quod Pater generat, non verò essentia. Ex qua ratione sic declarata minimè deducitur, actioes esse suppositorum elicitive, sed tantum denominativæ, quia in ea ratione non attenditur principium quo, sed quod, quia hoc tantum est illud, quod debet a productore realiter distingui, ut potest illud, quod non tantum includit rationem agendi, vel producendi, sed etiam conditionem producens, qualis est in Patre paternitas, & relatio originis, quæ realiter distinguit divina supposita, ut ait Doctor 1. d. 7. q. un.

142. Secundò arguit Jo. de S. Thom. loc. cit. nam operari sequitur esse; ergo illud quod significatur solum, ut forma, & habens esse, *ut quo*, non potest operari; ut quod, sed hoc pertinet ad ad suppositum, quod est habens esse, & naturam. Resp. ex doctrina Scoti allegata gratis concedendum non posse formam, ut est in alio dicens, ut quod, quia nequit denominari ab actione ultimam denominationem, & hoc quod est ita denominabile dici potest agens, ut quod, & solum est dumtaxat ipsum suppositum, ad quod ultimatè terminatur tota dependentia illius forme; verum ex hoc concludi nequit, Subsistentiam inflare simul cum natura in operatione suppositi, aut esse aliquid prædico principium operandi, tantum de se habere, ut terminans, seu modificans ipsum principium, reddensque illud operativum, *ut quod*, ut sciretur hic ipse Auctor

Auctor in solutione ad argumentum in oppositum, ubi re vera non abhorret a nostra opinione media, sed tantum ab opinione Valquez dicens Subsistentiam se habere ad operandum merè concomitantè; & per accidens, sicut habere caput nudum, vel coepertum ad ambulare.

143. Tertio arguit Blasius à Concept. Unumquodque agit secundum quod est in actu, sed nihil est per quod res sit magis in actu, quam per actum constitutum suppositi; ergo nihil est, per quod res sit magis divina, quam per actum suppositi constitutum, ergo suppositum, ut suppositum active concurrat ad actionem: duo consequentia præsent, major est commune axioma, probat in ore, quia adus, per quem constituitur suppositum in esse suppositi est adivus per se unita cum natura totali, & completa, hæc autem est adus perfectissimus adivus, & perfectissimus quæcumque alia; alias addit quatuor, vel quinque confirmationes ad hoc argumentum, quas non refero, quia eodem fallo fundamentum nituntur.

Resp. negando minorem cum sua probatione, nam per suppositalitem non constituitur natura in actu, sed constituitur incommunicabilis, vel incommunicata alteri supposito, neque personalitatis, aut suppositalitem est existentia, sed incommunicabilis prædicta, quia existentiam per se Subsistentie optinuit hoversum Philosophi, non tamen Subsistentiam, de qua hic loquimur tunc quia ut satis constat ex dictis, male confunditur Subsistentia, sive suppositalitas cum per se existentia, quæ distinguit Subsistentiam ab accidenti, quia hæc de se habet Subsistentiam quælibet, non verò per modum realiter superadditum, qualis est Subsistentia, & quæ est sermo; & humanitas Christi talis habet per se existentiam, non tamen Subsistentiam, ad eum tota hæc ratio nititur principio passivi negato extra Scholam D. Thomæ, ac etiam ab aliis Thomistis. Imò concedendo etiam, quod per se existentia fit ratio constitutiva suppositi, non adhuc probat intentum, quandoquidem nec ipsa existentia, ut communiter dicitur, est ratio ipsa agendi, vel pertinet ad rationem, & principium formale agendi, hæc enim est ipsa natura, & essentia præcisè, natura enim proprie est, quæ habet facultates, & virtutes agendi, existentia vero est conditio simpliciter ad agendum necessaria, quæ naturam modificat, non verò confert virtutem ipsam agendi; unde hoc dicitur unumquodque agere secundum quod est in actu, per hoc tantum significatur essentiam operari non posse, nisi de potentia tractatur ad actum, & in actu ponatur, ad eod quod existentia non est virtus activa, sed operatur essentia, vel per quam est operativa, & est motus ponens essentiam in tali actu, ut actu posse operari.

144. Quarto, arguit idem theologus ex mysterio Incarnationis, si suppositum nullo modo influit active in operationem, aut per modum principii; ergo suppositum Christi nullo modo redemit, aut pro nobis satisfecit, quod est in fide erroneum, probat consequentiam, eo modo suppositum Christi non redemit, & pro nobis satisfecit, quod influit in opera, quibus redempti sumus; ergo si suppositum Christi, ut sic, nullum influxum adivum probavit in opera illa satisfaciens, & redemptionis nostre, re vera non redemit, ut satisfecit pro nobis. Conf. eo modo influit in ea opera, quod suppositum connaturale influit, si cum naturam assumptam terminasset, quia suppositum divinum supplet vires ejus; ergo si suppositum in ratione suppositi nullo modo influit in ratione principii elicitive, nullo modo influit in opera redemptionis nostre. Rursus, quia non potest aliquid opus tribui ei, ad quod nihil priorius contribuit, sed si suppositum Christi nullum priorius influxum præbuit in opera redemptionis nostre, nihil redemptionis nostre est tribui per communicationem Idiomatum, & rationem humanitatis, quia non solum sic, sed etiam per se, & tanquam principium quod per se influendi tribuitur Christo redemptio nostra, & propterea non humanitas, sed Christus homo dicitur mediator Dei, & hominum traditus, crucifixus, mortuus pro nobis; ergo cum Christus Dominus sit nomen suppositi divini terminantis naturam humanam, debet intelligi secundum proprietatem sermonis, quod fuerit Redemptor noster.

Resp. hoc argumentum, cui addebat didit Thomistæ, nihil priorius valere, quia Christus, & suppositum ejus nondum redemit nos agendo, sed etiam patiendum, passus enim est pro nobis, mortuus, & sepultus, & tamen etiam ibi Thomistæ concedere debent non ita divinum suppositum nos redemisse patiendum, ut in se recipere dolorem, & mortem, quæ est in capax receptionis Subjectivæ, & materialis, sed solum ratione humanitatis, quæ erat ei hypostaticè unita, ob hæc enim terminationem solam omnes humanæ nature passiones tribuebantur Verbo cum eadem profus veritate, & proprietate, quæ tribuere sufficit proprio supposito; sicut ergo hoc sufficit, ut pro nobis verè dicitur satisfecisse per passiones, ita etiam per actiones. Neque præter terminationem unitas hypostaticæ in Verbo ad salvandas illas unitates, quod Dei Filius nos redemerit, & pro nobis satisfecit opus est recurrere ad peculiaritatem in Verbo ad salvandas illas unitates, quod non solum consequeretur necessarium; Sed potius manifestum absurdum, quia opera Trinitatis ad extra sunt indivisa, & idem in nullum opus nostræ Redemptionis habuit influxum passivum, qui non fuerit communis Patri, & Filio; ut ergo solus Filius dicitur noster Redemptor sufficit, quod ipse solus terminavit unionem hypostaticam humanitatis assumptæ; ex tali enim terminatione cum omni proprietate ei tribuuntur actiones omnes, & passiones humanitatis assum-

ptæ eo modo, quo actiones, & passiones suppositis convenire possunt, quatenus verè in se naturam illam habeat, quæ opera illa eliciebat, vel sibi erat ratio illa efficiendi; potest itaque totum præfatum argumentum retorqueri in Thomistæ de passibus, quibus utique divinum Verbum in se physice non recepit, sed sola humanitas, & quicquid ipsi respondebant ad argumentum factum de actionibus, respondebimus, & nos ad hoc ipsum factum de actionibus; quod nimirum ad ea omnia verificanda, quod Dei Filius nos redemerit, quod pro nobis satisfecit, quod fuerit noster mediator &c. sufficit, quod terminaret hypostaticè humanitatem, quæ erat ipsi principium quo omnia agendi, & vel operans, atque ideo saltem est, quod nihil contulerit ad opera nostre redemptionis, nam divinum suppositum in Christo est non est principium adæquatum, vel inadæquatum agendi, vel patiendi pro nobis, erat tamen conditio omnino necessaria requisita ad naturam assumptam, ut posset pro nobis pati, & operari, & ex hac doctrina facile est respondere ad singulas confirmationes argumenti in forma, quod gratia brevitas omittit.

145. Quintò, arguit ex mysterio Trinitatis, quod totum ait ruerè, nisi supposito, ut sic, concedatur activitas, sequitur enim tunc, quod personæ divinæ non essent inter se realiter distinctæ, nam realis distinctio, quæ est inter eas, fundatur in hoc, quod una ex illis, ab altera procedat, sicut Filius à Patre, vel ex duabus, sicut Spiritus sanctus à Patre, & Filio, sublatò ergo quod Pater active influit in Filium, & Pater, & Filius in Spiritum sanctum, ruit totum Trinitatis mysterium, quæ sunt hæres Sabellii. Deinde si non suppositum in divinis verè elicite actiones notiones, sed natura, tunc multiplicabitur essentia in tribus divinis suppositis, quæ sunt hæres Trinitariorum, probatur consequentia, quia inter producens, & productum veritatur distinctio realis. Denum Conc. Lateran. cap. *Dominicus* de Summ. Trinit. lib. Innoc. III. decrevit veram esse sententiam Magistri sent. quæ aliter ab essentiam divinam non generare, & contrariam Abbatis Joachim damnat, ergo suppositum verò influit adivè, ut quod, in actione, non essentia.

Resp. fateor hæc rationem longe efficaciorè esse præcedenti, si enim ejus efficacia bene perpendatur, probat principium, ut quod, ut sic, debere esse elicitive actionis, & non tantum denominative sic dictum, ut supra explicabamus, nam realis distinctio in divinis attenditur penes principium quod producendi, non penes principium quo, & fundatur in hoc, quod verè unum suppositum producat aliud, & physice actionem attingat, non verò denominative tantum, itaque sciendum est de principii productione ad intra inter Theologos duplicem esse sententiam, quidam enim volunt Subsistentias re vera ad tale principium pertinere, & tunc paternitas simul cum essentia, vel memoria factanda sit principium generandi, & constituat cum ea principium, quod generat; alii volunt (solum memoriam) secundum v. gr. esse totale, & adæquatum principium generationis, verum tamen paternitatem esse conditionem necessariam ad exercendum adum generandi, qui quidem exerceri debet à supposito distincto hæc à seipso, quod tale principium formale producendi hæc à seipso, & non ab alio, quale in divinis est suppositum Patris, in qua opinione valde inclinat Doctor 4. dist. 7. qu. un. *§. quia autem*, si prima teneatur opinio, quæ magis expedita est ad hæc difficultatem evitandam, tunc est neganda paritas de Subsistentiis divinis, & creatis, quia in divinis solæ Subsistentiæ personis distinguuntur, & consequenter constitunt principium producens, & productum, quæ ut talia distingui debent, in creatis autem non est ita necessitas, quia hic supposita non distinguuntur per personalitates præcisè, sed per naturas ipsas singulares, & ideo opus non est, ut in creatis natura per Subsistentiam constituturam in ratione producens, ut event in divinis. Neque est, cur conetur Blasius citat. ex analogia suppositi creati ad incrementum ducere, quod sic hoc est adivum, & illud; quandoquidem quantum ad activitatem jam est assignata distincti. Si verò alia teneatur opinio, tunc dicendum integrum principium quod, ut est v. gr. Pater, utique active influere in generationem, non tamen ratione Subsistentiæ, quia hæc pertinet ad principium formale producens, quia hæc esse memoria factanda dumtaxat, ratione illius præcisè Pater generat, & paternitas concurrat tantum, ut conditio ponens memoriam secundam in supposito, in quo potest in actum secundum erumpere, & sic adhuc bene salvari distinctiorem realem inter producens ut quod, & productum ex vi processionis unius ab alio, nam producens quod semper realiter distinguitur a producto, nam includit relationem originis, ut conditionem agendi, vel agentis, quæ sola distinguit realiter divina supposita, quæ distinctio nequit haberi per principium quo præcisè sumptum.

146. Ad Confir. negatur consequentia, quia distinctio realis in divinis veritatur solum inter producens, & productum, ut quod, divina autem natura præcisè sumpta nec generat, nec generatur, & ideo ad nullum suppositum in divinis productum potest fundare realem distinctiorem, quod si Valquez, quem præcipue Blasius ibi impugnat, concedit generationem Filii posse procedere a divina essentia, necum ut à principio quo, sed etiam quod, ut ei tribuit Auctor ille, videtur ipse Valquez, non enim in hoc sententia sua facinus nos activam naturam. Ad ultimum ex illa determinatione Concilii Lateran. absolute intellecta negaretur omnis activitas divine nature in productionibus ad intra, & tota tribueretur Subsistentiis, vel suppositis, quod tamen est falsum.



funi, quia fatetur omnes Theologi etiam divinam naturam pertinere ad principium quo illarum productionum, unde quando Concilium determinat essentiam non generare; neque spirare, loquens de principio quod, quandoquidem istud realem distinctionem necessario fundare debeat a producto, non vero principium quo, & hanc fundare potest, etiam si active, & immediate non influat ratione substantiæ, quia includit relationem originis, ut conditionem, quæ divina supposita realiter distinguit; quare autem de proprietate formis dici non debeat essentialiter generare in divinis, sed Patet, jam supra declaravi num. 141. quæ rationem adhuc magis explicat Mairon. s. d. 7. qu. 1. §. postquam visum est ubi querit, quare cum divina essentia verè pertinet ad principium formale productionum ad intra, tamen nequit dici generare, neque spirare, & recitat multos dicendi modos, quos refutat, & tandem solum approbat modum dicendi Doctoris dicentis principium quod, & quo ex opposito distinguit, præsertim cum principium quo est ultimum, sicut est in proposito divina essentia, cum enim sic habeat, ut principium quo nunquam esse potest principium, quod; cuius panis si majorem cupis intelligentiam, vide Mairon. ipsum loc. cit.

147 Sexto, si suppositum non influat activè in actiones suas, sed natura sola, sequitur quod supposita non erant beata, sed natura eorum, & sic non S. Petrus, sed natura ejus, & non B. Virgo, sed ejus natura, non Christus, sed natura Christi erit beata; probatur consequentia, quia actio, ut actio formaliter, ut sic, non denominat, nisi agens, atqui visio beatifica est formaliter actio, ergo non denominat beatum, nisi principium ejus.

Resp. neque hoc argumentum esse alicuius momenti, quia non est omnino certum apud omnes, an intellectus creatus respectu objecti beatifici se habeat activè, vel merè passivè illam recipiendi totaliter ab objecto beatifico productam, immò hanc partem facti problemem judicavit Doctor pluribus locis 1. dist. 3. q. 8. & 3. dist. 24. qu. 2. & d. 3. qu. 1. & 4. d. 49. qu. 1. neque verum est, intellectum esse veram, & propriam actionem, ut supponunt Thomistæ, nisi tantum æquivocè, & grammaticaliter, sed est qualitas vitalis, quia intellectus intentionaliter assimilatur objecto, eique vitaliter conjungitur, ut dicitur et dist. 6. de anim. q. 3. art. 1. unde si intellectus habere in se visum beatum totaliter ab objecto beatifico productam, ipso merè passivè se habente, adhuc beatus esset, non ergo ob beatitudinem necessariam ad beatitudinem potentia beata, ut argumentum supponit. Sed quando etiam cum communiori supponatur potentiam beatam a dîve concurrere, opus non est suppositum sub ratione suppositi activè se habere ad illam, sed sufficit, quòd beatam visionem, aut fructualem attingat mediante natura, seu facultatibus ejus, quæ sunt intellectus, & voluntas; id enim sufficit, ut verè dicatur beatus etiam secundum rationem suppositi.

148 Postremo arguitur contra 3. conclus. probando substantiam nec etiam se habere ad operationes suppositi, ut conditionem simpliciter requisitam, sed merè concomitantem, & per accidens, alias ex mutatione substantiæ variaretur operatio secundum substantiam, quod est falsum, constat enim eandem manere operationem mutato supposito, sicut in anima separata eadem intellectio, & volitio, & in accidente separato eadem caelestis, & infrigidatio, quæ erant in conjuncto, ita arguit Valquez loc. cit. Deinde arguit Ovid. quia non apparet in quo genere, neque qua ratione substantia possit esse conditio, ut natura operetur, non est enim applicatio agentis ad passum, sed dispositio ad effectum, neque hoc usque conditionis genus cognitum fuit, ad quod possit substantia reduci. Demum arguit Arriag. intantum dici posse conditionem ad operandum, in quantum est quid requisitum a posteriori ut existat natura, ut dicitur de unione accidentis ad substantiam, & ideo sicut supposito primo miraculo conservatio caloris sine subiecto naturaliter caelestis, ita similiter si natura sine substantia conservaretur, conaturaliter operaretur, quia non est unde operationem substantiæ faciamus magis dependentem, ut a conditione, & substantia, quam operationem accidentis ab unione ad subiectum.

Resp. illud probare summum, quod substantia non fit per se, & directè principium conditionis, non tamen quod non fit conditio, nam bene potest variari conditio non variata. actione, præsertim quando non est ex numero eorum, quæ universaliter, & indispensabiliter in quacumque interveniunt actione, qualis in proposito est substantia, ut dicitur et dist. 6. de caliditate eundem, vel in eodem gradu in manu mea producta facta æquali approximatione, sive hæc contingat ex uno latere, sive ex alio, & sic pariter in proposito requiritur quidem natura esse substantiam, priusquam exeat in operationem, parum tamen refert, quod hæc vel illa substantia subsistat, dummodo subsistat. Ad 2. sicut quantitas dici solet conditio substantiæ ad recipiendum alia accidentia, quia prius quantitatem recipere debet, quam alia, unde non intelligitur disposita ad alia accidentia recipienda, nisi prius quantitatem receperit, sic in proposito potest dici substantia, nec substantiam dici potest ad agendum, quia prius intelligi debet substantiam, antequam aliquid operationem exerceat, quia substantia est quid prævium ad omnes operationes, & accidentia substantiæ, adeo ut intelligi nequeat, substantia proximè ad agendum disposita, vel patiendū malia accidentia recipienda, nisi prius fuerit substantis, quævis hæc non sit prioritas causalitatis, sed simplicis præsuppositionis naturalis. Ad ultimum, si teneatur posse substantiam conservari sine quacumque

substantia per potentiam Dei absolutam, sicut accidens de facto conservari sine omni inherentiā, concedo totum argumentum, at neq; adhuc dici debet tunc substantiam ad actiones suppositum se habere merè per accidens, & concomitantem, sed potius velut conditionem ad illas requisitam secundum communem naturæ cursum; si verò teneatur oppositum, quod non nequeat substantia sine substantia conservari, ut dici debet in opinione de negativo, tunc consequenter dicendum est operationem substantiæ magis a substantia pendere, quam operationem accidentis ab inherentiā, quia per miraculum docetur in eucharistia accidentia existere, & operari sine subiecto, non tamen docetur, substantiam esse sine alia substantia, unde in mysterio Incarnationis humanitas Christi assumpta quidem fuit a Verbo sine propria substantia, at ibi subsistit per substantiam divinam; unde quantum ex lumine fidei potuit nobis innotescere, magis pendere videtur substantia a substantia, quam accidens ab inherentiā.

Q U Æ S T I O V I.

Quibus rebus substantia conveniat.

149 **A**ccidenti suapte natura substantiam non convenire, & præsertim quando subiecto inheret, apud omnes communem est, nam ut docuit Doctor s. d. 4. qu. 1. in corpore questionis color hic singulariter existens non determinat fidei rationem suppositi, quia ratio suppositi proprie non reperitur in accidentibus, & ita, quia ratio substantiæ importat incommunicabilitatem supposito alterius nature, accidens vero est communicabile sua penetrata natura suppositi, & ideo nequit dici substantis. Dubium tamen est inter Doctores an substantia saltem ei conveniat, dum extra subiectum a deo solo conservatur in Eucharistia Sacramentum, partem affirmantem amplectitur Cajet. 3. p. q. 7. artic. 1. Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 59. sect. 2. Valq. ibid. disp. 194. c. 2. Coninch de Sacramento 3. 7. art. 1. dub. 2. Becan. ibid. c. 20. qu. 1. Card. de Lugo disp. 13. de incarn. sect. 7. num. 94. & alii Recentiores volentes accidenti separato deberi modum quandam positum superadditum, quo constituitur per se existens, actuali inherentiæ directè repugnans. Oppositum tamen reputo omnino verum, ut docet Doctor s. d. 1. 2. q. 1. & 6. §. ad argumentum quod cumulate probavi disp. 3. Phys. qu. 4. art. 2. & rationem breviter indicet Doctor. s. d. 1. q. 9. §. tertius articulus, quia modus ille, qui verè est proprius unius generis, non convenit alicui alterius generis, sicut non est isti proprius, ita est, cuiusque alii incommunicabilis, nec quod adducitur de accidente separato, inquit, concludit propositum, quia non habet illum modum, qui est proprius substantiæ, modus enim substantiæ est per se esse naturaliter, hoc est in essendo non inclinari naturali appetitum ad aliud, non sic autem accidens separatum. Deinde ille modus secundum illos Auctores collatus accidenti separato diceretur modus substantiæ, quatenus hæc opponitur inherentiæ, ut ipsi declarant, at hic non accipitur substantiam, prout opponitur inherentiæ, ut sepius dictum est in hac disp. ex Doctore 3. d. 1. qu. 1. ad 5. prin. quia talis substantiæ convenit de substantia, & non per aliquid realiter superadditum, ergo etiam si modum illius substantiæ haberet accidentis, non tamen hunc, de quo hic est sermo, quia etiam si sit separatum, nam est communicabile, ut quo supposito alterius nature, scilicet substantiæ, & ideo etiam separatum caret substantia, nec potest dici suppositum. Confr. quia hac ratione negat Doctor substantiam in hoc sensu animæ separata, quia adhuc retinet incommunicabilitatem ad corpus, ergo tanto magis negari debet accidenti separato.

150 Est longe major difficultas de partibus substantiæ compositæ, tam essentialibus quam integralibus, num scilicet singule habeant proprias substantias partiales, ex quibus coalescat substantia totalis compositæ, cum essentialis, tum integralis, an potius deatur in composito una sola substantia simplex, & indivisibilis, ut a recentioribus partem affirmantem amplectitur Cajet. 3. p. q. 7. artic. 1. Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 59. sect. 2. Valq. ibid. disp. 194. c. 2. Coninch de Sacramento 3. 7. art. 1. dub. 2. Becan. ibid. c. 20. qu. 1. Card. de Lugo disp. 13. de incarn. sect. 7. num. 94. & alii Recentiores volentes accidenti separato deberi modum quandam positum superadditum, quo constituitur per se existens, actuali inherentiæ directè repugnans. Oppositum tamen reputo omnino verum, ut docet Doctor s. d. 1. 2. q. 1. & 6. §. ad argumentum quod cumulate probavi disp. 3. Phys. qu. 4. art. 2. & rationem breviter indicet Doctor. s. d. 1. q. 9. §. tertius articulus, quia modus ille, qui verè est proprius unius generis, non convenit alicui alterius generis, sicut non est isti proprius, ita est, cuiusque alii incommunicabilis, nec quod adducitur de accidente separato, inquit, concludit propositum, quia non habet illum modum, qui est proprius substantiæ, modus enim substantiæ est per se esse naturaliter, hoc est in essendo non inclinari naturali appetitum ad aliud, non sic autem accidens separatum. Deinde ille modus secundum illos Auctores collatus accidenti separato diceretur modus substantiæ, quatenus hæc opponitur inherentiæ, ut ipsi declarant, at hic non accipitur substantiam, prout opponitur inherentiæ, ut sepius dictum est in hac disp. ex Doctore 3. d. 1. qu. 1. ad 5. prin. quia talis substantiæ convenit de substantia, & non per aliquid realiter superadditum, ergo etiam si modum illius substantiæ haberet accidentis, non tamen hunc, de quo hic est sermo, quia etiam si sit separatum, nam est communicabile, ut quo supposito alterius nature, scilicet substantiæ, & ideo etiam separatum caret substantia, nec potest dici suppositum. Confr. quia hac ratione negat Doctor substantiam in hoc sensu animæ separata, quia adhuc retinet incommunicabilitatem ad corpus, ergo tanto magis negari debet accidenti separato.

Fundamentum huius opinionis est, quia si esset unicus modus, vel accidenti substantia in composito essentialis, quæritur quid primo, & immediate afficiat, vel materiam, vel formam, vel utramque

mut, vel totum immediate, & partes mediè, non primam, nec secundam, quia substantia unius partis tantum est inadæquata, & incompleta, ergo est inapta ad efficiendum totum, quod debet completè, & adæquatè subsistere; non tertium, quia non potest idem indivisibile molus afficere duas res distinctas, seu duo distincta subiecta, tum quia in homine esset specialis difficultas, nam vel hic modus esset spiritualis, & sic non posset afficere corpus, vel materialis, & sic non posset afficere animam, quia compositum secundum communionem non habet aliam tertiam entitatem resistentem ex unione partium, cui entitati possit per se, & proximè attribui substantia, sed non est alia entitas totius, entitas suarum partium unitarum, ergo sic esset substantia totius aliud non erit, quam substantiæ partiales inter se conjunctæ; Nec sufficit dicere cum Lugo, & alii ad verè opinionis incommo- lum non esse, quod eadem simplex, & incomposita substantia faciat materiam, & formam in composito subsistere, sicut non est inconveniens, quod uniantur unica simplici unione. Nam admissio, quod de unione dicatur (quod tamen fallum est, ut constat ex dictis in Physica) est adhuc manifesta disparitas de unione, & substantia, quia cum uno ponatur modus aliquo pacto relativus, potest etiam aliquo pacto utramque partem afficere unam subiectivè, alteram verò terminativè, & sic posset sufficere unam unio utramque, at substantia ponitur modus absolutus, & ideo si recipitur in materia tantum, nequit afficere formam ullo modo, neque è contra.

Et hoc argumentum magis adhuc viget in toto integrali, v. gr. in tota aqua; nam si ejus substantia est indivisibilis, vel esset indivisibiliter tota in toto, & tota in in qualibet parte totius maris, v. g. ad instar rei spiritualis, sicut est anima rationalis in corpore, & hoc dici non potest, quia talis substantia est res materialis, & corporea, & ideo non potest ita indivisibiliter per totum diffundi ad modum rei spiritualis, tum quia tunc idem numero afficiens aquam Adriatici maris; afficeret simul aquam Balcici, Indici, vel Atlantici, quod naturaliter est impossibile; Vel talis substantia indivisibilis esset in uno certo puncto totius aque Oceani; & neque hoc rationabiliter dici potest, quia præterquam quod tale punctum certum designari non potest, cum non sit major ratio de uno, quam de alio, adhuc designatum non sufficit, quia tunc tale punctum dumtaxat subsistere diceretur, non vero cætera partes, quæ sicut eas non afficeret, ita nec etiam posset reddere substantes, tum quia Verbum, ut suppletur, vices loci subsistentie create, non univèrse alicui determinato puncto corporis humani, sed toti corpori, & singulis partibus ejus, ergo hæc totalis substantia totius integralis non debet divisibilis, & integrata ex pluribus partialibus simul conjunctis.

151 Alia sententia extrema negat substantias partiales tam in composito essentiali, quam in integrali, & inquit sufficere unicam, & simplicem pro toto composito, quod solum subsistere dicitur, ita Jo. de S. Thoma qu. 7. Phys. art. 3. pro qua citat Cabreram, Alvarez, Nazarium, aliosque D. Thoma Iptepretes ad 3. part. qu. 2. Et fundamentum est, quia substantia videtur propria solius nature complexæ, & totalis, nec per se competere partibus præsertim essentialiter incompletis, ponitur enim ad constituendum suppositum; quod non esset nisi substantia completa, & totalis, unde debet præsentitè substantia completa, cui supervenit modus substantiæ constituit suppositum, quia ergo pars, quæ totum constituit, sive fuerit essentialis, sive integrale, nequit dici suppositum, ita neque dici debet habere substantiam, quæ suppositum constituit, sed tantum in laxiori significato, ut v. gr. opponitur inherentiæ, in quo sensu nempe dubitat partes substantiales habere propriam substantiam. Confr. quia substantia, ut hic de ea loquimur, nedum habet reddere naturam alteri incommunicabilem, ut subiecto, sed etiam ut toti, & supposito; sed materia, & forma, ac etiam partes integrales, ut manus, & caput, sunt maximè communicabiles, & actu communicantur, dum sunt in toto; ergo non potest illis per se competere propria substantia; nec suffragatur responso Andorem ad verè partes dicentium non esse de ratione huius substantiæ, de qua hic est sermo, incommunicabilitatem per modum partem essentialis, vel integralis, nec ejus officium esse dare incommunicabilitatem alteri, veluti toti, sed ut supposito alienæ nature, sive facere, ut natura, quæ terminatur propria substantia, non possit alia terminari, & ideo pars in composito habet propriam substantiam, sive essentialis fuerit, sive integrale, quia non est communicata alieno supposito, sed de ratione formalis substantiæ, alia tamen incommunicabilitates concurrenter possunt, & debent ad rationem suppositi saltem fundametaliter, & præsuppositivè, & sic etiam videtur supponere Doctor quod. 9. ab initio §. de secundo, ubi ait illud dici posse substantiam substantia proprie dicta, quod habet adualitatem ultimam, ita quod non est per se ordinabile ad aliquem actum simpliciter ultra istam, quem habet, quia actus alterior possit esse actus ejus per se, quia ratione ibidem excludit a ratione substantiæ proprie dictæ nedum materiam, & formam, sed etiam animam rationalem.

152 Tertia sententia media negat omnino substantias, aut modos partiales essentialis materie, & formæ correspondentes, & admittit autem modos partiales correspondentes partibus integran-

do in eodem fundamento præcedentis sententiæ, quia de ratione substantiæ est facere rem, quam afficit, omni modo incommunicabilem, ergo cum pars tam physica, quam integralis actu existens in toto, se communicata toti, & una pars alteri, nulla potest dici verè, & proprie substantis, ita Valq. in 3. p. disp. 3. cap. 4. Lugo de lucam. disp. 13. sect. 3. Loret. disp. 29. Arriag. vero disp. 4. Met. sect. 9. licet neget cum Valquez partem substantiam partibus essentialibus, adhuc tamen partibus integralibus eam concedit etiam proprie dictam, quia quælibet pars integralis ab salute est natura constans materia, & forma, unde eget integrali propria substantia, quælibet autem pars essentialis non est natura proprie completæ, sed pars nature, unde non terminatur propria substantia. Poncius vero disputat. 18. cit. esto n. 135. eodem modo loquitur de partibus integralibus, concedendo illis proprias partiales substantias, de essentialibus tamen distinguit, quod si considerentur, ut actu sunt in supposito materiali, non habent partiales substantias, separatim tamen existentes eas habent, id enim constat de anima rationali separata, tum quia ideo colligitur humanitatem habere personalitatem propriam, quia completur de facto per suppositaliter Verbi, sed tam anima separata in triduo, quam Corpus Christi separatim complebantur per suppositaliter Verbi, ergo separatim existentia, si non unirentur cum Verbo, haberent complementum proprium sive negativum, sicut positivum ab ipsis realiter distinctum, & illud complementum esset substantia partialis, Ovid. tandem controvertit. 6. Metaphysic. punct. 4. omnes has opiniones, ut probabiles admittit, vel dubias, quia fatetur ingenue num. 13. non nisi per conjecturas in hac re posse procedi.

153 Quid in tali, ac tanta confusione dicendum sit, factorem me ignorare, vel vix discernere posse, & quidem satis constat hujusmodi difficultates ex sententiæ præsertim de positivo originem ducere, ut constabat eas ponderant, unde ad has evitandas præbuit rursus amplecti sententiam de negativo superius traditam, & declaratam, juxta quam satis minus urgent difficultates illæ. Verum quia etiam aliquo pacto procedere possunt in sententia de negativo, in primis juxta hæc viam partibus integralibus singulis videtur concedenda propria substantia, & ratio est, quia superius insinuavi numer. 43. quia communicatio, vel communicabilitas partis integralis ad constituendum totum integrale non est illa, quam negat substantia formaliter, aut saltem negatam præsupponit, hæc enim pars aque, aut frustum ligni ita ens completum est, ac directè in genere, sicut tota aqua, vel integrum lignum, quod constituit cum alia comparatè, & ideo ex hoc capite quælibet pars aque dici potest subsistere, & esse suppositum, quia non ordinatur ad unum per se constituendum cum alia comparatè ab ipsis realiter distinctum, non enim ita distinguitur totum integrale a suis partibus simul sumptis, sed aliud non est, quam ipsæ partes simul unitæ, & invicem per sua indivisibilia continuatæ, ut dixi disp. 5. Phys. quæst. 13. art. 2. Et quamvis etiam una pars communicet cum alia, hæc communicatio substantiam non excludit, quia non nititur hypostaticè cum illa, sicut humanitas fuit unita Verbo, nec illi communicatur, ut quo, sicut communicatur natura supposito, unde nulla pars talem denominationem recipit ab ali, qualem recipit Verbum a natura secum unita, nam per humanitatem fuit unitam Verbum dicitur homo, non sic vinum dicitur aqua, aut aqua vinum ex hoc, quod una portio aque jungatur cum portione vini, nisi unum corrumptur, & substantialiter in aliud convertatur; ergo concedendum est partes integrales constituentes totum, sive homogenei, sive eterogenei proprias habere substantias, & unaquamque dici posse suppositum, quia non sunt ita partes, ut habeant rationem entis incompleti, quod negat suppositum dici ex communi acceptione huius nominis. Unde neque opus est dicere, quod ait Poncius disp. 13. citata n. 156. in hoc genere compositionis integralis posse quo supposito, ut duas aque portiones, convenire in compositionem alicuius terti suppositi propriis recentis suppositalitatibus, non inquam, opus est id asserere, quia sicut tota illa aqua ex duabus illis portionibus constituita non est unum per se totam ab illis portionibus aquæ distinctam, sed sunt illæ simul coadunatæ, & continuatæ, sic neque est unum per se suppositum, sed duo supposita simul conjuncta per indivisibilia de genere quantitatis, licet juxta communem loquendum dici soleat unum suppositum, sicut dicitur unum totum, & de toto integrale ejusque partibus hoc ipsum debet asseri, etiam si teneatur substantiam dicere quod potest.

154 De partibus essentialibus verò quia sunt verè, & proprie partes ex quibus constituitur per se unum totum ab eis realiter distinctum, ut monstrat Doctor 3. d. 2. quæst. 2. art. 2. non videtur ejus concedenda propria substantia rigorosè sumpta, sed tantum in eo sensu, quo dixi disp. 2. Phys. quæst. 2. artic. 2. quia enim sunt entia incompleta, & alteri communicabilia per modum partem essentialis non videtur eis convenire posse substantia proprie dicta, ut ait Doctor quod. 9. §. de secundo, & sic etiam loquitur Licher. 3. distinctio. 1. questione 1. in solutione quinti, principis, quamvis enim substantiam, de qua est sermo in hac disputatione, formaliter excludit solum communicationem alteri, ut supposito, non autem, ut subiecto, vel ut toti, aut alteri comparati, tamen incommunicabiles istæ ad illam præsuppositivè, vel fundametaliter saltem spectare videntur, cum enim substantia sit ultimus omnino nature terminus, seu totius communicabilitatis ejus, videtur necessario præsupponere in natura sic terminabili om-



